



fortí conuenissent, ut Maximilianum Ferdinandi filium Césarem designarēt,  
 ad Imperatorem redijt, atq; Turcicum legatum comitatum secum eò perdu-  
 xit. Erat is Ebrahim Stratius natione Polonus. Itaq; eo tempore ad decenniū  
 pax confecta, q; tamen post annos tres, cum Imperator decessisset, ite-  
 rum uiolata fuit. Hoc modo factum, ut Augerius apud omnes in  
 magna existimatione fuerit. Anon.

**A**VGERIUS ex nobili familia Busbeckiorum na-  
 tus, & in omnibus uirtutibus educatus fuit.  
 Is cum optima índole luceret, in prímis artibus &  
 linguis operā dedit, & in ijs mediocrem cognitio-  
 nem impetrauit. Postea quoq; armorū studia con-  
 iunxit, & ob magnam animi prudētiā insigne  
 rei bellicæ peritiam nactus fuit. Itaq; Ferdinandus  
 Imperator hunc inter suos consiliarios adoptauit,  
 & res magnas perficere iussit. Postea quoque 1562  
 suum legatum ad Turcarum Imperatorem Constan-  
 tinopolim misit, ut cum eo pacem uel saltem indu-  
 cias iniret. Eam legationē Augerius optimè pere-  
 git, & tādem in Nouemb. cum Electores Francko